20 protestatus de sua innocentia. † Sed an furce erigi possunt in domo delinquentis, & in quo loco dic ꝙ iudex ad terrorẽ hoc potest facere,vt per Par.in d.trac.in verbo contumacia ibi ratione contumacie potest furcas erigere in domo fugientis,& contumacis,vbi multa de furca & eius significatione immo erigi possunt in loco commissi delicti licet locus sit priuatus,vt per Pari. in d.tract.in verbo furcarum erectio, & ibi an potest cogi dominus loci vedere locum pro iustitia facienda, & an debeat habere pretium,& an possit cogi dñs animalis, vt præstet animal ad executionem iustitiæ faciendam & an teneatur fiscus seu iudex & debeat soluere deteriorationem animalis, dic ibi,vt per eum,& per eundem in char.
21 xxix.versi.an officialis. †Et de erectione furcarum in quo loco fieri debeat per Ange.in gl.vsq; ad locum iustitiæ,& Alexan. post Barto.in l.capitalium.§.famosos.ff.de pœ.& Saly.in l.si vero.C.de adul.Aug.post Ange.vbi supra in d.gl.dicit procedere ĩ famosis latronibus & delinquentibus, & nõ in alijs,ut per eum.Et no.ꝙ iudex ex causa potest dispensare ꝙ executio pœnæ capitalis fiat in alio loco quam in loco solito, vt p
22 Math.in constitu.monarchiã.vj.no. †Et no.ꝙ facta executione, & furca suspensus, nõ potest a furca suspensus deponi,et amoueri etiam per cõsanguineos absq; licentia iudicis,alias punitur,vt per Mar.in l.circũcidere.§.seruo.ff.de sicar.& in l.fi.ff.de qõ.
23 †Et an quis cogi possit, vt sit carnifex et maníuoltus,& an quis deliquens possit cõdemnari ad hoc officium,& opus perpetuũ vt sit carnifex & maniuoltus & quæ persone ad hoc officium cogi possunt,& an persona honesta dic vt per Par.in d.trac.sindi. in verbo maniuoltus, & ibi an maniuoltus exequens iniustam sententiam teneaẽ & puniri possit, & an teneatur resistere iniusto mandato prælidis,& an peccet dic vt ibi p eum,& per Mar,in l.j.in princi.viij.limi.ff.
24 de sica. † Et an maniuoltus & carnifex seu familia potestatis possit accipere vestes suspẽsi,vel decapitati,& relinquere corpus nudum postquam facta est executio,& si facit an puniatur pœna consti.reg.si quis aliquem quę est vltima consti.v; pœna manus nam d.cõsti.infligit pœnam manus spolianti mortuum Mathe.ibi in prin.dicit ꝙ si facit maniuoltus puniri potest pœna d.constitu.nam ei non licet hoc facere & pœna l.q sepulchra.C.de sepul.vio.& ibi per Math. an licet spoliare forludicatum mortuum uestibus vbi dicit ꝙ non & alia in ista materia dic vt per Mathe.ibi,& de vestibus suspensi quid fiendum dic vt per Par.in d.tracta.lindica.char.xlvj,& xlviij.& vide per Alex.post Bar.in l.diuus.ff.de bon.damna.
25 vbi ꝙ vestes sunt iudicis. †Sic etiam imponitur pœna manus propter periuriũ, vt in constit.eos qui scienter, sic in campione

periurante, vt in consti. summo periculo. & in percutiente aliquem et vulnerante vt in consti. si quis aliquem. & in c. reg. si quis cũ rocha & in rapiente & furante rem valentem vltra augustale infra vnciã, vt in c. reg. ad hęc. & in consti. magistris. & ibi per Mathe. in fi. Et quæ manus tunc in his amputãda erit dic vt per Mathe. post And. in d. cõsti. si quis aliquem. & Ang. in gl quas si non soluit. Et an reddimi possit soluendo pecuniam dic vt per Par. in d. trac. in verbo cõpositio & Math. in d. consti. summo periculo. & d. consti. si quis aliquem. & in d. cõsti. eos qui scienter. Et quid si manus sit arida an ea debet amputari, & quid si caret illa manu an in alia fiet executio. Et quid si nõ specificetur de qua intelligatur hic si condẽnetur ad debilitationem alterius membri, vt occuli aut pedis dic vt per gl. Bar. Bald. Ang. Paul. & Alex. in auc. sed nouo iure. C. de ser. fug. & per Ioan. Andr. in c. in pœnis. de reg. iur. in vj. & per Ang. vbi supra in d. gl. & Mathe. in d. constit. si quis aliquem. & Pau. Gril. in trac. de relaxa. carce. in titu. de abol. q. iiij. & in quibus casibus manus amputetur vide per Gandi. in rub. de pœ. in fi. & Bal. in rub. C. de manu. vindi. & Flor. in l. liber homo. ff. ad l. aquil. Et de pœna truncationis lingue in consti. blasphemantibus quæ punit blasphemantes pœna amputationis lingue prosequere materiam, ut ibi per Math. & extat pragma. contra blasphe
26 mantes prohibens compositionem. †Sed an pro homicidio puniri possit duplici pœna, videlicet pœna manus propter vulnus, & etiam pœna mortis propter occisionem dic ꝙ non, nam minor pœna manus confunditur cum pœna homicidij & vnica pœna mortis imponitur nisi diuersis temporibus vulnera fuissent illata & non eodem impetu, vt per Bart. plene in l. nunꝗ plura. ff. de publ. iud. versi. venio ad aliqua. & Bal. in l. aduersus. C. de fur. & Math. in cõsti. si quis aliquem. in fin. & in consti. intentionis & dictum est supra qñ vna pœna cõfundit̃ cum alia. & ideo malefaciũt quidam qui pro homicidio prius faciunt manum amputari, & postea suspendi, vt vidi, & facit quod dicit Ang. in d. gl. & caput a spa. in fi. qõ. versi. qd autem si sunt plures. vbi dixit qñ non apparent pœnę impositę copulatiue. aut alternatiue quod tunc vnica tm̃ pœna imponi debet licet loquatur qñ pro eodem delicto & eadem lege, et per Bar. in l. sancio legum. ff. de pœ. & maxime quia pœna manus, & pœna suspensionis non imponuntur eadem le-

ge cumulatiue iuxta c. fœlicis. de pœ. in vj. & per Bal. in Spec. in ti. de accusa. ver. licet plures. Saly. post gl. in l. qui de crimine. & ĩ l. j. pe. col. C. de accus. vbi occidens simul & vulnerans punitur pœna mortis & non ẽt
27 pro vulnere. †Sed quid si in loco domicilij homicide punitur pœna pecuniaria & in loco delicti pœna mortis si in loco domicilij sit condemnatus ad pœnam pecuniariam an in loco delicti puniri poterit pœna mortis dic quod sic, vt per Ange. in l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. & vide ꝑ Bal. in auc. si semel. C. qũo & qñ iud. & in l. j. C. de edil. actio. ij. col. & instit. de vsu. §. aliqñ. & in Spe. in ti. de loca. versi. si primo anno, vbi si homicidium primum punitũ sit pęna pecuniaria secundum punitur pœna capitali non obstante statuto imponente pœnã pecuniariã, & vide doct. in l. j. in prin. ff. quod quis. iur. vbi puniri põt corporaliter si occidit extra territorium & Ang. in d. gl. & ca-
28 put a spa. versi quæro percussi. †Et quid si statutum dicat quod homicida condẽnet̃ in centum, & si nõ soluit infra x. dies quod decapitetur an elapsis x. diebus possit soluere & euadere pœnam capitalẽ & an quilibet possit soluere vt euitetur pœna capitalis ẽt inuito condemnato, & quid si homicidium fuit culpa & nõ dolo commissum dic vt per Ang. in gl. quas si non soluerit in fin. & Par. in d. tract. in verbo pœna versi. quia multa ibi an statutum ciuitatis & Marsi. in
29 consi. xvj. †An aũt hodie detur vltra pęnam corporalem bonorum publicatio dic quod non ratione homicidij licet lege antiqua bona publicabantur per l. iij. §. fi. ff. de sica. hodie vero non publicant̃, sed agnatis conseruantur, vt in auct. bona damnatorũ. C. de bo. dam. in tm̃ ꝙ si hodie iudex in sententia bona publicaret non valeret sententia quo ad publicationẽ bonorum ẽt si non fuisset appellatũ, vt per Bal. in c. j. in princi. iij. col. ver. sed pone iudex. de pa. tenen. nisi hoc per statutum disponatur, vt per Bal. in l. ij. C. qui testa. face. pos. & in d. c. j. Alex. & Ias. in d. l. ij. Marf. in l. fi. viij char. iiij. col. ff. de iurisd. om. iud. nam vbi quis venit deportandus bona non publicantur hodie, vt no. per gl. in l. j. §. fi. ff. de fal. Math. in decis. vlt. in fi. idem in condemnatis ad mortẽ naturalem, vt per Math. in consti. grandis. x. no. et in consti. forjudicatorum bona. in j. glo. vbi nisi in crimine læsæ maie. & hæresis, & vide per Capi. in deci. sa. consi. cliij. an hodie detur publicatio in bonis, in quibus aũt casibus hodie detur publicatio in bonis in re

gno tradit Mathe. in d.consti.pactarenorũ. iiij.no.& per Bal.in d.c.j.de pa.tenen.& an in crimine læsæ maie.in omnibus capitibus hodie detur publicatio bonorum, & in quibus plene tradit Capi.in deci.consil.cxxx. & de hac materia publicationis bonorũ vide qões & dicta per Gandi.in rub.de bo. male.& per Bel.in prac.in ti.de quæst.col. xxiiij cum seq.& in ti.de fuga reo.xiij.col. & Ang.in glos.& eius bona publicamus.& no.id quod dicit Ang.in d.gl.& doc.in l.iij. C.si pend.appella.mors inter.cum alijs per eum allegatis,& per Ang.post eum ꝙ in casu quo datur publicatio necesse est ꝙ faciat eque principalem publicationem bonorũ sicut corporalem per copulam, & dicendo & bona publicamus & ibidem an ipso iure bona publicantur ꝙ non nisi in crimine ꝓditionis vt in c.reg.bona proditorum.& in c.nuper apud tranum vbi sententia non requiritur,sed vide Capi.in decisio.fac.consi. clxij.vbi ꝙ sententia requiritur saltim de-
90 claratoria. † Quæ autem consti.& c.reg. imponant publicationem bonorum,& quę imponant pœnas corporales ad solatiũ infe ramus in alijs autem locis posuit Gand.in ti.de pœ.vbi diuersas pœnas imposuit corporales,& Bal.in l.data opera.C.qui accu. pos.vbi capitales posuit pœnas,& in auctẽ. sed nouo iure.C.de furt.de alijs pœnis corporalibus,& per Bel.in prac.qui fecit duas rub.de pœnis capitalibus, & aliam de pœna capi.& per Firma.in reperto.in verbo pœna corporalis.ver.xxvij.& versi.iiij.de pœna furcarum & ignis.Et primo in regno bona publicantur in causa & crimine hęresis.& criminis læsæ maiest.& in consti.reg. inconsutilem.item receptatores hęreticorũ pœna publicationis bonorũ puniuntur , vt in consti.pactarenorum.item apostata fideiussionis priuatur, vt in constit.apostantes, item vsurarij bonis priuantur,vt in constit. vsurariorum confirmatur per prag.regiam. item mouens guerram in regno, vt in consti.Cões Baro.item faciens & mouens guerram in regno,vt in consti.Cões Baro.itẽ faciens represalias medietate bonorum punitur,vt in d.consti.cões.& extat regia prag. item si vassallus imponat dño defensam iij. parte mobilium plectitur,vt in consti.iurisgentium.Item quicunq; defensam imposuerit spernẽs defensam.iij.parte omniũ bonorum punitur,vt in consti.si quis imposterũ si cum armis offendat,si sine iiij.parte mobilium non tñ sublatis alijs pœnis statutis,sed cumulatiue , vt ibi.item vsurpans regiam iurisdictionem seu exercens absq; licentia regis pœna publicationis bonorum punit, vt in consti.duram & diram.in.j.lib. Item si baro aut cões cõstituti iustitiariam in terra sua, nam publicatione terræ punitur.vt in consti.ea quæ ad decus. Item vxor præstans alimoniam viro rebelli aut foriudicato publicatione dotis punitur, vt in consti. patres pro filijs,& in constitu.pœna carere volentes.Itẽ baiuli grauantes subditos non dolo iij.parte mobiliũ plectuntur, vt in consti.cum iuxta prouidum.Item habens causam cum fisco si iurisdictionem officialium regiorum declinauerit publicatione bonorum punitur tam patrimonialium ꝗ̃ feudalium etiam si exient clerici,vt in constit.cũ iustitie copiam.Item officialis tẽporalis durante officio emens a subditis res immobiles vel pecuniam recipiẽs publicatione bonorum punitur,vt in consti. cõiter.item custodes carcerum si negligentia & culpa eorum carcerati euaserint pęna publicationis bonorum puniuntur, vt in consti.custodes. item contumax tam in ciuilibus ꝗ̃ criminalibus causis iij.parte mobilium punitur,vt in consti.speciale.& in consti.pœnam nouẽ vnciarum in ciuilibus, in criminalibus vero in consti.grandis.ij.lib.Item fiscus succedit foriudicato non habẽti liberos aut agnatos vsq; ad tertiũ gradũ quo si habet vnus ex eis annumeratur,vt in consti.foriudicatorum bona.vt in consti.si qñ si feudum habet a rege, & in consti.ob filiorũ.vbi fiscus succedit patri foriudicato , & si liberos habet inter eos cõnumeratur.item accusator si nõ comparuerit in termino peremptorio reo comparente, & incusante cõtumaciam accusatoris vj.parte bonorum mobiliũ puniur,vt in constit.accusatorum temeritatẽ. item accusatore desistente post lit.contesta. in criminalibus iij.parte bonorũ mobilium mulctatur,vt in consti.accusatorem post litem. item examinator testium si dolose versatus est.iij.parte mobilium punitur , vt in consti.in pecuniarijs.vbi idẽ in teste nolẽte venire,vt se examini exhibeat, vt ibidem. item affidans secunda vice homines demaniales publicatione omniũ bonorũ punit, vt in consti.cum vniuersis. item contrahẽs matrimoniũ cum extero in regno absq; licentia regis publicatione bonorũ punit, vt in consti.cũ hæreditarium.item baro aut filij recipientes a vassallis iuramentũ fidelitatis absq; regis licentia publicatione bonorum,& feudi punitur, vt in constitu.cõitate vel Barone,item retinens seruũ aut seruam

fugitiuam

fugitiuam publicatione bonorum punitur vt in consti.seruos & ancillas.item officialis regius male tractans subditos inferens eis iniuriam personalē aut verbalem tertia parte bonorum suorū punitur, vt in cōsti. eos tantum item medicus qui absq; licentia officialium regiorum,& absq; discussione, & doctoratu mederi voluerit publicatione bonorum punitur,vt in constitu.quisquis a modo & in consti.seq.item conficiens medicinas illas conficiat cum interuentu & pręsentia iuratorum sub pœna publicationis bonorum mobiliū,vt in consti. in terra aliqua.item cudens adulterinam monetā, vel scienter expenderit & consentiens pœna publicationis bonorum punitur,vt in constitu.adulterinam,idē in radente & tondente monetam,vt in consti.qui nummos. item falsos testes instruens & corrūpens,vel celans testamēta publica,vt in consti.qui falsitatem.& in consti.testamētorum. nam pœna falsi punitur quæ est publicatio bonorū l.j.§.fi.ff.de fals.item dās pocula amatoria, cibos,vel malias ii mors non sequatur publicatione bonorum punitur vt in constitu. amatoria pocula itē adultera si filios nō habeat publicatione bonorum punitur, vt in consti.legum asperitatē.item vendēs scienter liberum hominē publicatione bonorū punitur,vt in consti.qui sciens liberū. item inferens violentiā in bonis spernendo pœnam ab officialibus impositā si contumax & rebellis existat publicatione bonorum punitur,vt in c. regn.incip. subiectorū nostrorū comoti sub rubri.de violen.itē detinens occupatum hominem demanialē aut baroniam demanialem publicatione bonorum punitur vt in c. incip. prædecessorum nostrorum.sub rub.de occupatis. vbi idem si vassallum demanialem habuerit recommendatum iuxta d.constitu.cum vniuersis. item bona proditornm ,& rebellium fisco applicantur,vt in c. incip. nuper apud tranum.& in c.incip.bona proditorū.vbi ipso iure & absq; sententia non obstante aliqua præscriptione applicantur fisco. item contrahens matrimonium cū filijs proditorū, aut rebellium absq; mandato, & licētia regis publicatione bonorum punitur,vt in c. inci.satis constat esse notorium. sub rub. q; nullus contrahat matrimonium.item falsificans sigillum regis,& monetam regis publicatione bonorum punitur vt in c.incip. vt quæ ab excellentia nostra.sub rubri.de pœna infligen.falsa.item admirati vel vice admirati prohibentes vascella nauigantia publicatione bonorum punitur vt in c. incip.item prædicti admirati.item promittēs in dotem bona feudalia absq; regio assensu vel contrahens cum infidelibus regis publicatione bonorum feudalium punitur vt in c.incip.item statuimus q; licitum sit item si torquendus iuste appellauerit,& iudex nō obstante appellatione posuerit ad torturā si lesionem tortus nō fuerit passus publicatione tertie partis bonorum punitur vt in c.incip.si iuste quis appellauerit item baro recipiens & receptans malefactorē in terra sua per quinquennium priuatur possessione & fructibus terre vt in c.incip.licet contra receptatores.item baro recipiēs in terra sua vassallos de manij publicatione bonorum punitur vt in c.incip.cum exuū cura regiminis item si infra annum & diē nō denunciauerit mortem baronis publicatione feudaliū in quibus ius præcēdit punitur vt in c.inci.apud fogiam prouisum item in rapiente & violante aut deosculante mulierem bona publicantur vt in c.inci.sine mortalis peccati sub rub.statuū contra neapolitanos itē blasfemans deum & virginē & santos punitur pœna tertie partis bonorū vt in prag. incip. considerando seq.& seq. & in noua suæ Maie. cesarea. item faciens represalias & pignorationes vt in prag.incip.ad audientiam nostram ibi sunt casus in quibus in regno publicatio bonorum imponitur vltra alios casus & tradita per Math.
31 in d.consti.pactarenorum. †Ac etiam vt sciamus pœnas capitales in regno statutas & corporales ex abundanti inferamus & primo de capitalibus deinde de corporalibus, de capitalibus ergo primo hæreticus pœna capitis punitur & igne viuus coram populo concrematur vt in consti.reg.inconsutilē tunicā causa dei nostri.item receptator hæreticorum pœna perpetui exilij punitur vt in consti.pactarenorum.item dispután de facto regis de sacrilegio punit iuxta l.disputare.C.de crim.sacril. vt in constitu. disputare item violans & frangens.templa dei & auferentis vasa & dona sacra capite punitur vt in constitu.multe legis item mouens guerrā in regno capite punitur vt in consti.Comes baro.item occidens hominē vltimo supplicio punitur vt in consti. terminum vitæ.item raptor sacrarum virginū & monialium capite punitur vt in constit. si quis rapere.Item inferens violentiam meretrici vltimo supplicio punitur vt in consti.omnes nostri.item raptor virginum non sacratarum & viduarum & aliarum hone-

ftarum mulierum capite punitur vt in consti.capitalē pœnā.item inferens violentiā mulieri capite punitur vt in consti.in quæstionibus item mulier iniuste conquerens de violentia capite & similitudine supplicij punitur vt in consti.pessimam item nocturnus & clandestinus malefactor qui de nocte arbores incidit & domos comburit capite punitur vt in constitu. super incisionibus.itē rapiēs res naufragatas vel domo incensa vel ruinam patiente pœna capitis punitur vt in consti.rapinas item officialis & iudex publicas pecunias subtrahens capite punitur vt in cōsti.officiales.item vniuersitas creans officialem absq; licentia regis & exercens officium capite punitur vt in consti cū satis abunde de cuius interpetratione quādo locū habeat & de alijs consti.seq.per Capi.in deci.fa.consil.cxxx.vbi plene qualiter & quando locum habeāt itē officialis constituens vicarium & locū tenētem & exercens officium capite punitur vt in consti.officia. itē si carceratus aufugeret a carcere dolo custodis custos capite punitur vt in cōsti.custodes. itē notarius aut iudex falsificans instrumētum vltimo supplicio punitur vt in constitu.iudices vbicq̧ de cuius interpetratione vide per Capi.in decis.fa.consi.cliij.vbi per hanc consti.quidā notarius messane fuit suspensus ob falsitatē instrumentorum item campio fraudem cōmittēs & occidens hominē occulte & proditorie & committens crimē læsæ maiesta. capite punitur vt in cōsti.summo periculo. item iudex pecunia corruptus proferens capitalē sententiam condemnatoriam pœna capitis punitur vt in consti. iudex si accepta pecunia vide de eius interpretatione plene per Tho.Gram.in suo consilio in fauorē donati de falconibus.item detinēs homines demaniales affidatos tertia vice capite punitur vt in constit. cum vniuersis & in ca.reg.incip.prædecessorum nostrorum. item iurati super medicina conficienda si fraudem adhibuerint vltimo supplicio puniuntur vt in consti.in terra qualibet. item artifices venditores & laboratores tertio deprehensi in fraude suspensi in furcis moriuntur & citeratione delicti vt in constitu. magistro mechanicarū. item fraudātes pondera & mensuras capite puniuntur vt in cōstitu.legitima pondera. item falsificans literas regias capite punitur vt in consti.qui literas & in cap.inci.vt quæ ab excellentia nostra & quid si falsificat literas pape an eadem pœna puniatur dic vt per Capi. in decis.fac.consi.xxx.& per Guido. Pape in decisio.ccxxxiij.& in decis.ccccclxxix.& decis.cccclv.in quibus etiam de lacerantes literas officialium & seruientis.item cudēs adulterinam monetam vel scienter accipiēs & consentiens pœna capitis punitur vt in consti.adulterinam.idem & adens monetā vt in consti.qui nummos.item corrumpens & instruens testes vt falso deponant capite punitur vt in consti.qui falsitatem.item celans testamentum capite punitur vt in constitu.testamentorum iuxta qualitatem personę iuxta consti.qualitas persone.itē dans aut vendens mala noxia & medicamenta capite punitur vt in consti. mala noxia. itē retinens & vendens toxicum aut malū venenum suspenditur vt in constitu.quicunq; toxicum.item dans amatoria pocula alicui mulieri si mors sequatur vltimo supplicio punitur vt in consti.amatoria pocula. item dolosi incendiarij incendentes aliorum domos capite punitur vt in constit. qui dolose domum.item qui de alto se præcipitauerit aut lapidem dolose præcipitauerit aut ramum incidit & occidat hominem pœna capitis puniuntur vt in consti.qui de alto si non dolo mitius vt in constitu.seq.inci.pœnam præcedentem he sunt constit.'pœnam capitalem infligentes extant etiam cap.regni,vt qui furatus extitit rem valentē vltra vnciam vel plura furta etiam minima committēs nobiles capite punitur ignobilis furca suspenditur vt in capit.incip.ad hoc sub rub.de furtis.item committens rapinas tertio vt quia per vim pretio non soluto accipit rem nobilis decapitatur ignobilis furca suspenditur vt in cap.incip.placuit de consilio sub rubr.de pœna rei abla. precio non solu. item proditor & rebellis & prelians contra regem furca suspenditur vt in cap. incip.nuper apud tranum vide per Thom. Gram.in consilio. edito in defensam domini Ioannis Baptiste de benauolo & per Capi.in decisio.cxxx.Item dicens sibi ius propria aūte.vt quia capiat debitorem vel eius bona & ea pœnes se detineat absque mandato,& licentia officialis capite punitur,vt in cap.incip.contra inestrenatas muliorum sub rub.ne quis propria authoritate sibi ius dicat & vide per Mathe.in constitutio.pacis cultum. Item notarij camere propter fraudem adhibitam capite puniuntur vt in capitu.incip. Item caueant notarij.item iudex iniuste torquens si moriatur tortus in tortura pœna mortis punitur vt in capitu. incipiē,si quis iuste appellauerit. Item le-

nones retinentes mulieres & meretrices in publico capite puniuntur vt in prag.incip. Consaluus sub rubri.de leno. Item sodomita agens & paciens igne comburuntur, vt in prag.incip. item perche lo abominabile confirmatam nouiter per pragm. suæ maiesta. Cæsa. iste sunt constitu. capitu. & pragm.reg.pœnam capitalem & mortis in-
32 fligentes. †Sequitur de alijs pœnis corporalibus,& primo percutiens & vulnerās aliquem ferro si mors non sequatur pœna manus qua vulnerauit punitur, & si incertum sit cum qua percussit validior amputatur,vt in constitutione si quis aliquem. primo libro. & in capitulo regn. si quis cum roncha,secus si lapide aut ligno & fuste percutiat,vt per Matheum,& Andream in cōstitutione, & Thomam Gramma. in voto decimoquinto.Item lusores publici taxillorum,& frequentatores tabernorum viuentes abundantius suis facultatibus ad tempus in opus publicum damnantur, & si causam exposuerit in perpetuum,& elapso tēpore licentia reddeundi conceditur, vt in constitutione hij qui per inquisitionem. Itē baiulus dolo inferens grauamem subdito regis pœna manus punitur , vt in constitu. cum iuxta prouidum.Item campio adhibēs fraudem impugnando in nō capitali crimine ratione periurij pœna manus punitur vt in constitu. summo periculo item rusticus militem verberans pœna manus punitur. idem si vellectus militem si vero milles mi litem per annum exulat,vt in constitutione vt dignitatum ordo seruetur.Item medicus medicans absque approbatione & licentia per annum carceratur vt in constitutione si quis ammodo & sequent,constitu. Itē artifices & venditores & laboratores secundo deprensi in fraude manum ammictunt & primo fustigantur si libram auri nō possint soluere vt in const. magistro mechanicarum idem infraudante legitima pondera & mensuras vt in constitu. legitima pondera,sed an liceat commiscere merces corruptas cū incorruptis dic ꝙ sic vt per Ioā. de Arno.in epito.j.vbi de intellectu consti. pœnas & an tunc episcopus possit mercatorem etiam punire ratione fraudis dic per eundem Arno.in epito.lxxviij. Item apponens taxū vt pisces captat in aqua per annum cum ferris operibus publicis deputatur vt in constitu.qui toxicū item amatoria pocula dans si mors non sequatur per annū carceratur vt in consti.amatoria pocula.Itē mulier adultera nasi trūcatione punitur vt in consti.legum asperitate.Item mater prostituens filiam truncatione nasi punitur tāquam lena vt in cōsti.matres virgines nisi necessitate cōpulsa fecerit vt in cōstitu.matres quæ publice.Itē lene sollicitantes pudicitias honestarū mulierum nasi trūcatione punitur & fustigationis & bullationisvt in consti.lenas sollicitantes.Item scienter vēdens liberū hominem seruus efficitur vt in consti.qui sciens liberum. Itē projciens lapidem ex alto aut ramum aut seipsum precipitans si incaute & in loco habitabili cōtingat facere & hominē occiderit pœna carceris annalis punit' vt in consti. pœnā præcedentē.Item blasfemans deū & virginē & sanctos truncatione lingue punitur vt in cō sti.blasfemātibus & in pragm.inci. cōsiderando seq.& seq.hac ppetua vbi inremissibiliter trūcatur & si nō punitur per ecclesiasticū an puniri possit per secularē ad trūcationē lingue dic ꝙ sic vt per Ioā.de Arn. in cōmenta.xvij.idē in falso teste nā lingua debet perforari vt per Ioan.de Arn.in problema.xlviij.& vide ad excusationē pœnę vt per Ioan. de Arno.in sing.iiij. & in caut. xxxiij.& caut.lvj.& epito.liiij. & cōmenta.xvij.Itē periurus siue in iudicio vel extra periurauerit punitur pœna manus vt in consti.eos qui scienter. Itē spolians mortuū pœna manus punitur vt constit. si quis aliquē quæ est ſi.in iij.lib.Itē furans rē valentem vnū augustale fugiatur bullatur in frōte & auris ampuatur & bannitur a prouintia & si infra vnciam valeat punitur pœna manus vt in c.reg.ad hoc sub rub.de furtis Itē auferens rē per rapinā & vim ab aliquo precio non soluto punitur pœna fustigationis & pœna manus iuxta qualitatē personæ exterus a regno vt in c.inci. placuit de consilio & sic habes cōsti. capi. & prag.regni.imponētes pœnas publicationis bonorū pœnas capitales & pœnas alias corporales si quis aūt voluerit fimbrias dilatare & materias dictarū cōsti.ad plenū videre videat per And.& Mat. in qualibet supradictarū cōsti.& de earū & capi. prędictorum intellectu vt ex dictis cōsti.cap. & prag. & traditis per Bel.in d.pra.in rub.de pen. crimi.de pœnis capita,& de pœna cap. & Gādi.in rub.de pœnis circa fin.car.& Bal.in l. data opera.C.qui accusa.po.& in authē.sed nouo iure.C.de fur.& per Fely.in c. qualiter & qn.§.ad corrigendos de accusa.habētur oēs ferre pœnę capitales & nō capitales sed corporales & publicationis bonorū in omni iure ciuili canonico lōgobardo &

regni ex abundanti dicta sunt ad solacium
sectatus prædictos doc.in prędictis locis po
nentes multa genera pœnarum quos doct.
videas per te ad incepta nos reddeamus.
33 † Sed quid si casu quo per statutum aut
aliam dispositionē vt supra deberet fieri pu
blicatio bonorū i causa homicidij vel alijs,
delictis infra quantū tēpus fieri posit dicta
publicatio & an sicut accusatio infra xx.
annis iuxta l. querela,C.de fals. & supra
fuit dictum ita & in publicatione bonorū.
Ang.tradit hoc in d.glo.& eius bona publi
camus.iij.colum.ver.quero licet accusatio
& concludit vna cū Ang.in l.in cognitione.
ff.ad sillen.ꝙ infra quinquenniū quod tamē
intelligit vbi accusatio incepta nō esset seu
finita sed post finitam accusationem per x.
annos l.gallus.ff.de libe.& po.& agit peti-
tione hæreditatis ciuiliter contra hæredes
l.j.C.de his quib.vt indig.quod etiā limitat
Aug.post Ang.in d.glo.nisi occisor tenere-
tur de parricidio nā tūc querela quo ad pu
blicationem bonorum duraret xx. annis
vt per Baldum in l.iij.quib.res iudi. nō no.
per text. in d.l.in cognitione dic vt ibi. per
glo.Bar.& alios modernos propter imma-
nitatem delicti de quo mirandum cum in
crimine læsæ maiesta. quinquennio finitur
actio ad publicationē bonorū quod tamen
intelligas non in primo capite sed in alijs
nam in proditione & rebellione cōtra re-
gem hodie nulla datur præscriptio vt in c.
reg. bona proditorum & diximus supra.
34 † Et not.regulā quā tradit.Aug.in d.gl.cir-
ca fi. vbi post Bald. Saly.& Ang. in authē.
bona damnatorum.C.de bon. damna. & in
c.j.de pa.constan.& Bar.in l.j.ff.de bon.dā-
na.dat regulam ꝙ quando publicatio bono
rum venit in consequentiam pœnæ corpo-
ralis est sublata publicatio bonorum & ita
procedit d.authē.bona damnatorū quando
vero nō venit in consequentiam sed æque
principaliter vt quia imponitur pœna pu-
blicationis omnium bonorū aut partis bo-
norū vt in supradictis constit. & tunc indi-
stincte datur publicatio & filijs non relin-
quitur & casu quo per consequentiā filijs
non extantibus alijs etiam agnatis & trās-
uersalibus vsq; ad decimū gradū reseruan-
tur vt per Bar. in cōsi.clvij.& Bal.& Ang.
in d.authē.bona damnatorū & casu quo re
seruātur filijs,ex his bonis non debet alere
patrē vt in c.j.§.si habet de pa.ten.& Bald.
in d.authē.bona.facit consti.reg.forjudica-
torum bona & constit. patres pro filijs vbi
vxor ammictit dotē si alit maritū delinquē
tem cū ei reseruauerit fiscus dotē & dotariū
super bonis sui viri.Sed per quem iudicem
debet fieri talis publicatio bonorum casu
quo fienda est dic vt per Angel. in d.glo.&
eius bona publicamus ij.col.ver. quero q̇s
iudicum ibi tradit.Et no.id quod dicit Au-
gu.in d.glo.v.col.ver.& aduertas ꝙ in sen-
tentia dicatur & eius bona publicamus nā
tunc ipso facto in fiscum transit dominium
secus si dicat bona publicanda esse vt per
Bald.in l.j.si aduers.lib.C.& an in publica-
tione bonorū veniat feudū & emphiteosis
priuata & ecclesiastica & an legitima & tre
behanica dic vt per Mar.in plene in consi.
xlix.& Gandi.in rub.de var.qō.ex male,
v.col.Et quę bona veniāt in tali publica-
tiōe bonorum & an futura dic prosequere
vt per Ang in d.glo.& Gādi.in tit. de bon.
male.& Math.in consti.vsurariorum & cō
sti.oēs. An aūt Barones possint pœna publi
care dic vt per Par.in tract. sindi.in verbo
excedunt barones v.char. de excessu baro
& Mathe.in consti.pœnā eorū.& in consti.
post mortē.Et an possint Barones commu
tare pœnā corporalē ad pecuniariam,& qū
& an commutādo pœnā sit baronis an fisci
dic vt per Capi.deci.sac. consi.xxvij.& an
domus & bona homicide & delinquentis
possint deuastari, & dirui & an creditores
& vxor possint impedire dic vt per eundē
35 Capi. in deci.cxxx. † An autē damnatus
pœna capitali & mortis succedat ex testa-
mēto,aut ab intestato agnatis dic ꝙ non vt
per gl.Bar.& alios in l.j.§.qui operas.ff. ad
tertull.Marsi.in consil,cxxxj. plene dic vt
per eum.sed an ipse possit facere testamen-
tū an vero effectus est intestabilis & an ad
pias causas dic ꝙ non vt per Pau. in consil.
lxxxvj.allegat Ioan.Andre.in Specu.in ti.
de instru.edi.§.cōpendiose.ver.quid de bā
nito.doct.in l.eius qui.ff.de testa.glo.& do-
cto.in.§.fi.insti.quib.nō est permiss.face.te-
sta.Spec.in d.vers. quid de bannito.glo.&
doct.in l.si quetamus.ff.de testam.Bar. in l.
qui vult.in prin.ff.de pœnis.vbi Alex. post
eū & per Marsi.in consil.cxxxiiij.in princi.
Fulg.in consi.xliiij.Bal.in consi. ccclxx.ij.
vol.doc. Antiqui & mod.plene in l.si quis
mihi bona.§.j.ff. de acqui.hære.Ancha. in
clemen.j.de pœnis.& in c.quāquā.de vsur.
Albe.in tra.stat.ij.par.q.xxij.Bald.in l.j.C.
de hære.institu.& in l.gallus.§.& quid si tā
tum.ff.de lib.& po.plene Ang.in glo.& ca
put a spatulis.iiij.col.& post eū Augu. Vbi
limita nisi esset imposita pœna insolita vt
quia faciat veneno occidi vel prohibiti de

fenestra nã tũc potest facere testamentũ vt per eũ ver.& bene aduertas,& Ang. in d.l. si quis mihi bona.§.j. vbi dicit Christũ potuisse testari quia mors eius fuit insolita, & ita Augu.post Ang.in d.glo. qñ vero solita nõ potest testari etiã si fuisset per vim a manibus familie liberatus l.qui vltimo in princi.& ibi Bar.ff.de pœn.& in l.cũstos populos.pen.col.C.de sum.tri.& fi.ca.in quo testamentum factũ ante inquisitionẽ formatã eo condemnato non valet ita per Ang.in d. gl.& caput a spatu.iiij.col. & an homicida volũtarius gaudeat immunitate dic vt per
36 Guidon. Pape in deci.cxxj. †Sed an homicida posit ferre testimoniũ in aliqua cã dic ꝙ homicida etiã casu quo licite potuisset occidere infamis est infamia facti,& vilis redditur,vt dixit Bal.in l.decuriones.C. ex quf.cauf.infa.irro.Ana.in c.si perfodiẽs, de homi.ij.col.Ancha.in c.j.lxxxv.colum. ver.in hac eadẽ materia de constit.& ideo non admittitur in testẽ nisi cũ tortura,ita dixit Bal.in authẽ.si dicatur.in fi. ij.col.C.de test.& Marsi.in l.j.in princ.xij.limitatione. ff.de sicar.& in l.patre vel marito.ff.de qõ. & faciunt dicta per Mar.in consi.cj.vbi infamis nõ admittitur sine tortura,& Iaso. in d.l.j.C.de sum.tri.& fi.ca.& vide per Mar. in pra in .§. iggredior,vbi infamis est & in testem sine tortura non recipitur & in con-
37 si.ix. †Itẽ punitur homicida quia tenetur filijs occisi ad extimationem operarũ,& ad quantum lucrari poterat si viueret & ad damna,& interesse vt plene prosequitur Marsi.in cõsi.cxv.& cõsi.cxxxj. & in singu.[c]ccccclxxvj.& Panor.in c.j.de iniurijs, & diximus supra, & Pari. in verbo pœna,
38 ver.quia pluries. †Et no.doct. quam tradit tex.in l.qui sententiã.C.de pœnis. ꝙ ad sententiam proferendam,& pœnã capitalẽ infligendam nõ debet deueniri nisi de delicto constet per testes & plenas probationes aut per confessionẽ rei idem in l. raptores. C.de epis.& cle.vbi not.Bald.& in l.j.C.de rapt.vir.ibi legitimis constiterit probationibus quæ probationes debẽt esse legitime pfecte,& clare iuxta l.fin.C.de proba.Ana. in consi.lix.& Marsi.in consil.ix.consil.x. consi.xxix.consi.xxxj.consi.xxxix.consil. xliiij.consi.l.consi.lxiij.consil.lxxij.consil. lxxxv.consi.xcij.consi.cj.consi.cviij.consi. cxvj.& seq.consi.cxxvij.consi.cxxxiiij.& seq. & testes debent esse omni exceptione maiores nisi in subsidium quãdo veritas aliter haberi non põt & per torturam vt per Marsi.in consi.cxxvij.& consi.cix.& consi.cij.& consi.v.& cõsi.xxxj.& cõsi. xxij. & consi.xij.& in pra.in.§.diligẽter. vbi ad condemnandum secus ad inquirendum vel torquendum nam ẽt non omni exceptione maiores admittuntur,& ibi ꝙ etiam nõ interrogati in capitalibus reddere debent rationem,& causam scientie alias non probãt dummodo nõ inimici capitales admittãtur nam etiam in subsidium non admittuntur inimici casu quo alij non habiles admitterẽtur vt per Tho.Gram.in consi.iij. & consi. xij.& consi.xxvj.& consi.xxxv.& consil. xlv.& consil.lxx. in quibus inhabiles non admittuntur ad condemnandũ sed bene ad torquendũ dummodo nõ sit inimicus,& in vo.tij.& de inhabili limita ad defensam vt per Iaf.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.& Tho. Gram.in d.cõsi.xij.& d.consi.xxxij. Iaf.in l.j.ff.de reb.cred.& Mathe. in consti. mala
39 noxia.ij.not. †Sed quid si testes de visu nõ exiẽt sed alij testes de remotis, & essent indicia indubitata,& præsumptiones indubitate an ex his posit condemnari dic ꝙ non potest cõdemnari ad pœnam corporalem & capitalẽ sed ad pœnã pecuniariã vt plene prosequitur Gand.in rub.de indi.indub.ad condemnationẽ Ioan.And.in Spec. in titu.de proba.§.xiij.Bel. in pra. in tit.de quæstio.xvij.col.& seq.Bon.in titu.de pœnis.in fi.Ang.in gl.cõpa.inquisi. & neg.tot. Bal.in l.fi.C.de proba.vbi Saly.& Brun. in tra.ind.& tor.j.par.Panor.& Fely.in c.audiuis.de præscrip.post Innoc.in c.afferte. & in c.quia verisimile.de præsump.& in c.cõstitutus de test.& in c.at si clerici.§.de adulterio,de iudi.vbi Panor.& Fely.Anto.in c. quãto.de pẽsump.Ancha.in reg.semel malus.de reg.iur.x.not.Oldra.in consil.cxcij. Deci.in c.venerabilis.de exceptio.Mathe. plene in consti.terminũ vite.Marsi. in pra. in.§.diligenter. & in.§.qm. vbi plene & in rub.C.de proba.& in pract.in.§.postquã.& in l.repeti.ff.de qõ. & in l.j.§.diuus adrianus.ff.de sicar. & in l.j.C.eo. & in l.j.C.de rap.vir.& in consil.cxxxij.& consil.vij.& consil. x.Tho.Gra. in vo.x.in fi.& vo.xv. vo.xxj.& vo.xxiij.& cõsil.xiij.& ꝑ Capi. in deci.sa.consi.cxxvj.in qbus nunquã imponitur pœna corporalis & mortis vbi dãnatur ex præsumptionibus,& indicijs quãtumcunq; indubitatis ẽt si talia forent ꝙ ex eis mens iudicis traheretur ad hoc indubitanter credendum vt per eos secundũ Pau. de ca.& procedunt prædicta ad condemnãdum,secus tamen ad torquendum nam ex eis torqueri potest vt per Marsi.in locis su-

pra, & ex hoc habes aliũ modũ excusandi homicidam a pœna ordinaria & mortis vt qñ ex præsumptionibus damnat̃ vt prosequitur Pari.in d.trac.in verb.pœna.versic. quia multa.& Mar.in prac.in.§.qm̃.& alijs locis supra quo ad cõfessionẽ vero dic vt p Mar.in d.§.postquã.cõcurrentibus traditis
40 per eũ,& ibi,& in l.j.ff.de qõ. †Et no.in hoc ꝙ ad condemnandũ ad mortẽ nõ sufficit sola & simplex confessio nisi alia indicia cõcurrãt,& ideo si simpliciter confitetur se occidisse nec cõstat de corpore occiso aliter quã per cõfessionẽ non põt condẽnari ad mortẽ nisi per alias probationes verificetur dicta cõfessio,vt per Felyn.plene in c.auditis.xvj.col.de præsump.Par.in d.tra cta.ver.cõfessio. vbi de cõfitẽte hominẽ cuius corpus non apparet per Tho.Gram.in consi.lx.& cõsi.xxxvj.Marsi.in pra.in.§. postquã.& in consi.xiiij.& cõsi.xxij.& cõsi.viij.& cõsi.xxxv.& cõsi.xl.& cõs.xlix. & consi.liij.& consi.lxxvj.& consil.cxxx. de hoc plene per Frãcis.Ponzi.in tracta.de lam.ver.vij.alleg.Ang. in l.j.C. de confess. Bal.in authen. sed nouo iure.C.de ser.fug. Pau.de Cast. in l. quoties.§.si quis hominẽ. ff.de hęre.insti.tex.& Bart. in l.j.§.illud.ff.
41 ad sille.Aret.in glo. vestẽ cœl. †Limitat nisi in casu in quo aliter de delicto non posset probari nisi per cõfessionẽ, vt in consi. stentibus in animo vt hæresi vt per Bald.in l.si quis nõ dicã rapere.C.de epis.& cle. & ibi de confitẽte se venenasse nã talis cõfessio non nocet,vt per Bal.& Ang.in l.j.C.de cõfes.& in l.si quis in hoc genus.C.de epis. & cle.Cæpo.in consi.xxxiij.Alex. in cõsi.
42 cxvj.iiij.volu. †Idem dicas si inquisitio aut accusatio nõ præcesserit nam talis confessio non nocet cum dicatur facta in aere nec poterit condemnari, vt dicit Marsil.in
43 consi.cxxiij.in fi.†Itẽ si dolo fuerit extorta vt quia sub spe gratie afferendo ipsum liberare si cõfiteretur nã si cõfiteatur nõ potest ex tali cõfessione cõdemnare, ita dixit Imo.in consi.cix.& Par.in trac.sind.char. cxviij.ver. sequitur quotidiana qõ. in verbo tortu.Mar.in d.§.postquã.ver.alius præterea.char.ix.iij.col.& in l.j.§.qñ.vlti.colum.ff.de qõ.& in sing.ccj.incip. in confessum.& in rub.C.de proba.nu.cxv.& in l.si quis obrepserit.ff.de fal.& in consi.xiiij.& consi.xxxij.Bel.in prac.in rub.de qõ.colũ.
44 xxxj.& seq.†Idem dicas nõ nocere si dicat se occidisse ad suã defensionẽ nam licet non probet factum ad defensam non potest ad mortẽ cõdemnari,vt per Marsi, in prac, in.§.postquam.plene Iason.& Deci.in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.Thom.Gram.in vo.ij. & consi.lxix.diximus supra in materia defensionis.& ex his datur etiã alius modus excusandi a pœna ordinaria homicidam.
45 †Sed an statim ꝙ cõfitetur statim potest condemnari,dic ꝙ nõ sed debet dari terminus ad faciẽdũ suas defensiones in quo põt cõfessionẽ tanquã erroneã reuocare & cõstito de errore nõ nocet & non constito & elapso termino condemnat̃ & punitur, ita Saly.in l.ij.C.de cust.re.cuius dictũ & practicã omnes obseruant,vt per Thom. Grã. in consi.lxix.in prin.licet contrarium dicere videatur in consi.xlix.idem in vo. xiij. vide practicam vt per Mar.in d.§.postquã.
46 †Et no.illum tex.in d.l.qui sententiam. quẽ ponderat Mar.in sing.cviij.incip.alias fuit interrogatus ad hoc ꝙ si stantibus probationibus claris & legitimis si iudex ponit reũ ad torturã vt tollat remediũ appellationis vt sit cõuictus,& cõfessus iuxta l.ij. C.de iura.calum.& Mar.in pra.in.§.nũc videndum.& reus in tortura sit fortis,& perseuerat in negatione, & nunquã confitetur ꝙ non obstante negatione poterit illũ condemnare ad mortẽ stantibus legitimis probationibus qui text.licet ita soleat allegari non tamen hoc dicit cum non loquatur de reo torto sed tortura testiũ, tñ ita allegatur & ita dicit p̃ illũ tex.tenere Bal. in c.ad nostrã.circa fi.de proba.ver.j.not. & sequitur Alex.post Bar.in l.vnius.§.j.ff.de qõ.per illũ tex.& sequitur ẽt hoc dictũ Tho. Grã. p̃ illũ tex.in consi.xij.& Math.in cõsti.humanitatẽ.vj.no.vbi ẽt si fuerit tortus ex indicijs indubi.licet neget potest tamẽ cõdẽnari vt per Alexan.in d.l.vnius.j. Limita nisi torqueatur vt ostẽdat socios & mã datores. vt p Mat.in cõsti.si dãna clãde.in fi.x.j.not. sed cõtrariũ tenet Albe.in l.ed.dũ.ff.de qõ. & sequitur Cæpo.in cõsi.xxxij.& Mar.in pra.in §.nũc videndũ.& in d.l. edictum. & in sing.cclxij.incip.qd potui nolui & Tho. Gram.in vo.ij.& dũ alias occurrisset in facto rñdi ad hãc contrarietatẽ Mar. & aliorũ,vt altero de his modis procedat contrariũ v3 quando non sufficiẽter fuerit tortus taliter ꝙ per torturã non fuerint annihilate probõnes,in alio vero singulari quando sufficiẽter vt patet ex eo, vel locum habet cõtrariũ qñ superuenissent clare probationes vel quia fuit tortus ex indicijs & non claris probationibus vt qa forte essent alia indicia vltra probõnes claras & fuisset protestatus vel vt tollat remediũ appellationis

vt dicit Cæpo.in d.cõs.32. quod tamẽ locũ non habet vbi extat statutũ ꝙ in causa homicidij vel capitali non appelletur vt extat in regno per ritũ magnę curiæ inci.item non appellatur vigore certarũ literarũ sub rub.de appell. & Tho.Gram.in d.vo.ij.& dum quidam in causa raptus allegaret,ideo tortum vt tolleret remedium appellationis ideo posse iterũ torqueri vel cõdemnari ex præcedentibus probationibus respondi inaduertenter locutũ cũ in tali crimine locũ non habeat appellatio iuxta l.j.C. de rap. vir.& l.raptores.C.de epis.& cle.ideo talẽ protestationẽ non iuuare iuxta tradita per Cæpo.in consi.xxxij.posset etiã procedere vbi non essent ita clare probõnes iuxta dictũ Alex.post Bar.in d.l.vnius.in j.dicto crederem ꝙ si probationes essent clarissime taliter ꝙ delictũ non posset tergiuersari non obstante tortura posset condemnari nisi tortura foret tãta & sæpius repetita vt omnis probatio annihilaretur per torturã & perseuerantiam in tortura vt fuit in casu præmisso occurrente Math.vero in d.cõsi. humanitatem.post And.distinguit aut ex dubitatis indicijs vel claris ꝓbationibus,& tũc condemnari potest non obstante tortura licet tunc possit appellare,& per Alex. in d. l.vnius,alias diximus supra in materia tor-

